UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

S. Joannes Eleemos. 23. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Visual Library

nies cives. Doma ſuperbiam, jugula invidiam, extingue libidinem, crucifige carnem tuam cum vitiis & concupiſcentiis. B. Pet. Damian. ſerm. 31.

S. JOANNES ELEEMOS. 23.*Ianuarij.*

CUm annum ageret XV. JOANNES, miſericordia divina manifeſtâ in luce ſponſam ſe ei obtulit. Annuit continuò. Et ratum conjugium Superi habuerunt, dotemque addiderunt, tam opulentam; ut ſemper deinde haberet, quod in egenos effunderet. Archiepiſcopus jam Alexandrinus luſtrum egit clientum ſuorum, hoc eſt, pauperum, numeravitque ſepties mille & quinquaginta, quibus omnibus deinceps in ſingulos dies victum ſubminiſtravit. Sed nec ulli alii piam manum unquam ſubduxit, ut meritò id certaminis cum DEO ſuſcepiſſe ſit viſus, pluſne hic dare, an reddere illi poſſet. Munificentiam vel ex eo vide, quod ultimum ægrotanti unicus ſuper teruncius fuerit vix naulum morituro. Ipſe in teſtamenti ſui tabulis reperiſſe ingenuè ſe fatetur in ærario auri pondo octies mille, & hæc decies millies, & amplius aucta dilapidaſſe ſe in pauperes gloriatur. Anno igitur D. XCII. è corporis ergaſtulo in palatium abiit, quod piæ ipſius munificentiæ ſtructum in cælo Troilus vidit,

& verò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& verò invidit poſteà, cùm tam bon prodigalitatis æmulus eſt factus. Venienti obviam JOANNI ſua è cæl Sponſa proceſſit cæleſtis aulæ cubicula rio comitata, manuque peramanter prehenſum ad DEI conſpectum deduxit. Ipſe IOANNES nec mortuus ſibi diſſimilis, oleo, quod è tumulo ſuo dedit, in miſeros mitis eſſe perrexit. *Ex Surio.*

Nihil aliud, qui converſaris in ſæculo, exigit à te Deus, quàm ut mandata illius cuſtodias, proximum diligas, & pauperibus alimoniam præbeas: Eroga igitur inopiam patientibus, quod tibi præſtitum eſt, ut in cælo recondas theſauros imprædabiles. B. Laur. Iuſtin. de compl anct. Chriſt. perfect.

S. ILDEPHONSUS EP. 23. *Ianuarij.*

DEbemus hoc ſidus (ILDEPHONSUM) Hiſpaniæ, in quâ ortum ad nos uſque (uti ferè ſolet virtus) radios tranſmiſit. Juventam egit in Muſarum familiaritate, quibus propiriis magnam eloquentiæ laudem ſibi comparavit. Ab his in adyta ſanctioris ſapientiæ ſe penetravit, ſuſtinuitque inter monachos repueraſcere grandis diſcipulus. Ab his ad infulam Toletanam abſtrahitur, tam orbis quàm cæli amor. Et hem tibi ejus rei unum alterumve teſtimonium. Precanti Angeli tumbam S. Leocadiæ reclu-

ſe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN